

diximus, temperet quando processum fuit ad traditionem rei, quia ex huiusmodi venditione conditionali secuta traditio ante impletam conditionem, transfertur dominium, l. dicitur fructum, §. ut cum statim seq. ff. de iur. dot. & ita tunc statim contra tempus retrahendum illominus tamen respectu gabellæ, de qua agimus, nihil interest, an tradita res sit ante conditionis implementum, nec non: adhuc, namque gabella non debetur, nisi ex venditione perfecta, quousque conditio adimpleatur, & venditio sit perfecta, atque purificata, & quamvis dominium rei alienetur, non ideo perfecta venditio magis purificatur, nec perficitur, ut patet ex l. necessarii vers. quod si pendente, ff. de peric. & commod. rei vend. l. 2. §. si sub conditione, ff. pro empt. ut in terminis bene aduertit, & probat Lass. d. e. §. n. 4. Cui addo non esse veram illam limitationem, & modificationem Tiraq. in materia retractus nisi tantum, quando constat per traditionem voluisse recedere partes, à conditione præmissa, ut cum aliis late probauimus lib. 2. pract. q. 133. n. 4. vers. nunc vero.

22. Quæ autem dicta sunt in hac quæstione de venditione conditionali sub conditione casuali vel mixta, non procedunt in venditione sub modo celebrata, hæc namque pura, & perfecta est, & ab illa differt, ut in simili legato probat ex. in l. libertas, §. hac scriptura, ff. de manum. test. ac proinde ex venditione modali, inter statim ac de re, & pretio eo modo conuentum sit, debetur gabella, quam ex pura, & non qualificata venditione: Ratio differentie est, quia conditio actum suspendit, & interim non nascitur actio, nec obligatio, l. legata sub conditione, ff. de condit. & demonstr. l. cedere diem, ff. de verb. signif. modus autem dispositionem, & contractum purum qualificat, ita ut statim obligatio siue efficax actio detur, præstita cautione de modo implendo, l. demonstratio falsa, §. si & l. si cui, ff. de cond. & demonstr. D. D. communiter in l. quibus diebus, §. Thermisus, ff. de cond. & demonstr. & alibi sapissime. Ex quibus hanc obseruationem, & differentiam in terminis gabellæ, de quibus agimus, tenet Lass. d. e. §. n. 9. & sequitur Molin. vbi supra, col. 507. vers. non vero.

SVM M A R I A.

- 1 Gabella ex venditione nulla non debetur, & soluta repeti potest.
- 2 Lex statutum, vel consuetudo de contractu agens, nempe vt ex eo soluantur gabella, intelligitur de contractu valido, non vero de nullo.
- 3 Quod sit contra legem est nullum, non solum quoad contractum, sed etiam quoad ea, quæ inde sequuntur, deficiente substantia, deficit substantiandum. n. 3.
- 4 Venditio rei, quæ non est in commercio hominum, hominis liberi scienter, loci sacri, & religiosi, ac cuiusque rei inalienabilis nulla est.
- 5 Contractus bonæ fidei est nullus, quoties dolus venditoris ei dedit causam.
- 6 Gabella non debetur ex contractu bonæ fidei, cui dedit causam dolus venditoris, sed contra n. 9. secus in contractu stricti iuris, præterquam in foro conscientie, vt in n. 7. nisi is, qui dolum passus est, voluerit stare contractus bonæ fidei, quia tunc contractus etiam, & tunc gabella debetur gabellario eius temporis, quo dolum passus declarauerit, se velle stare contractus, vt in n. 8.
- 9 Gabellam debet venditor etiam si eius dolus dederit causam contractui, & n. 13. & 16.

- 10 Dolum passus cogitur declarare, an velit stare contractus, vel eum rescindere.
- 11 Gabellam debet venditor ex contractu nullo propter metum, vel simulationem ab eo illatam.
- 12 Turpitudinem propriam, nec agendo, nec excipiendo licet allegare, nisi lata sententia super nullitate, sed vide n. 13.
- 14 Gabella debetur ex venditione facta in fraudem, quia venditio tenet.
- 15 Gabella debetur ex parte permittentis, dolum adhibentis, qui dederit causam contractui, secus ex parte dolum passus, nisi permutatis volueris stare.
- 17 Gabella integra debetur ex contractu, cui incidia dolus licet ei causam non dederit.
- 18 Gabella rei propria ignoranter emptia non debetur, quia est nulla.
- 19 Venditio est nulla ob defectum substantialium huius contractus.
- 20 Gabella non debetur ex venditione conditionali, deficiente conditione.
- 21 Gabella non debetur ex contractu nullo: secus ex valido, vt in exemplis hic positis.
- 21 Venditio facta ab uxore solita negotiaris, vidente & permittente marito, est valida.
- 22 Gabella an debeatur ex venditione sepulchri à laico facta? num. seq. præcipue n. 26.
- 23 Sepulchri iura extraneis cedi non possunt.
- 24 Sepulchri iura quo ad usum bene possunt à laicis possideri, & aliis cedi: secus quo ad proprietatem, & n. 25.
- 26 Praxis communis refertur circa alienationem ab Ecclesiis, earumque prelatiis sepulchrorum, capellarum, & arcuum in ipsis Ecclesiis pro defunctis sepeliendis.
- 27 Gabella debetur ex vniuersitate rerum temporalium, quibus annexa sunt sepulchra, capella, vel ius patronatus.
- 28 Gabella debetur ex toto pretio, quo hereditas vendita est, etiam si in ea Regalia quæ sint, qua immunitate alias fungantur non soluantur gabellam.
- 29 Gabella debetur ex venditione sepulchri facti non interueniente episcopi auctoritate: secus alius, vt in num. 30.

QVÆSTIO IX.

An ex venditione nulla debeatur gabella?

QVÆRO: An ex venditione nulla debeatur gabella, hoc est nostra alcanala? Et in hoc communis resolutio est pro parte negatiua, scilicet, quod ex venditione nulla non debeatur gabella, vt supra resoluimus in quæstione proxime præced. n. 11. vbi plures hoc tenentes citauimus: & præterea etiam Giron. de gabell. §. par. n. 25. cum seq. post Tiraq. & ab eo reletos de vtroque retract. tit. 1. §. 1. gl. 2. n. 7. Parlat. lib. 1. rerum quorid. c. 3. §. 3. num. 34. & Azcu. in l. 1. num. 70. tit. 17. hoc lib. 9. vbi quod si soluta est, repeti potest, vt per Tiraq. de retr. conuention. §. 6. gloss. 2. n. 6.

Cuius ratio est, quia lex, statutum, vel consuetudo de contractu agens, nempe, vt ex eo soluantur gabella intelligitur de contractu valido, non vero de nullo, l. 4. §. condemnatum, & ibi Dd. ff. de re ind. l. 1. §. hac autem fobas, ff. qui d. quisque iur. & ibi gl. & D. D. non putamus, §. non quous, ff. de bon. possessio. contra tabulas, cum §. n. l. & proprie loquendo non potest dici venditio illa, quæ nulla est, iuxta glossam

glossam in l. 1. verb. contractus, bene licet habet, lib. 1. Lass. post alios de decim. vendit. c. 14. num. 2. Quod enim fit contra litem non solum quoad contractum, sed etiam quoad ea, quæ inde sequuntur, hoc est, quoad gabellam, est etiam nullum, D. D. in l. non dubium per tex. ibi. C. de legit. & deficiente substantia deficit substantiandum, l. in venditionibus vers. inde quaritur, ff. de contrab. emt. l. 20. tit. 5. par. 5.

Exempla venditionis nullæ, ex qua gabella non debetur, sunt veluti si res vendita non erat in commercio hominum, vt in l. si in emtione, §. omnium, ff. de contrab. emt. ibi, quas vero natura, vel gentium sunt, vel mores ciuitatis commercio exonerunt, earum nulla venditio est, liberum hominem scienter emere non possunt. Idem est in venditione loci sacri, & religiosi, ac denique cuiusque rei iure inalienabilis, §. si in l. de emt. & vend. l. 5. tit. 5. part. 5. quam aliquando propter venditoris dolum, ex eo contractu, qui nullus est, actio ex emto competat iuxta distinctionem textus in l. 4. cum duobus sequentibus ff. de contrab. emt. Anton. Gom. secundo tom. capitul. 2. n. 50.

5. Ex quibus deduci videtur, quod quando contractus bonæ fidei est nullus, vt pote quia ei dedit causam dolus venditoris iuxta communem resolutionem, de qua per gl. Bar. & communiter Doctores in l. 8. allegatur, ff. de dol. l. si dolo, & ibi gloss. C. de rescendit. & ibi communiter Doctores gloss. Abb. & communiter D. D. in cap. cum dilecti, de emt. & vendit. Conat. in regula possessor. 2. par. §. 6. num. 6. de reg. iur. in 6. Medin. de resit. quæst. 33. Conrad. de contract. in summar. ad quæstionem 57. dicto 14. vna cum 1. & 2. ibi subiunctis, & Aluat. Valalc. de iur. emphit. quæstio. 5. num. 9. Siluestr. in summa verb. culpa, q. 7. Angel. verb. dolus num. 9. est communis, vt per D. Molin. late 2. par. de iust. & iur. disputacione 259. column. 39. & eundem disputacione 352. column. 589. vers. scilicet. His ita constitutis, & Padilla in l. tranfatione finita, n. 5. C. de transact.

6. Gabella fit ex eo contractu non debetur secundum Lassat. de decim. vendit. cap. 1. §. 4. numer. 16. qui est supplendus loqui in contractibus bonæ fidei, in quibus dolus dedit eis causam contrahendi, ac proinde contractus, eo modo celebratus, est nullus, iuxta prædict. communem resolutionem, & cum sit nullus ex eo non debetur gabella. Secus in contractibus stricti iuris, in quibus dolus dans causam contractui validus est, vt plerique ex Doctores prædit. & alij profitentur: & in foro exteriori probat Molin. vbi supra column. 596. vers. sic quinta conclusio, in secundo loco citatus, dicens, secus esse in foro conscientie, quia in eo nullus est sed cum loquamur in terminis gabellæ, quæ debetur ex contractu venditionis & permutacionis, qui bonæ fidei sunt, vt in §. actionum in l. de action. consequitur non deberi gabellam ex contractu dante illi causam dolo, vt tenet Lassat. d. e. numero 56. hoc verum intelligens numer. 57. nisi is qui dolum passus est, voluerit stare venditioni, quia tunc venditio etiam ex resolutis per Dilat. Perez in vbi. tit. 2. lib. 3. Ordin. pag. 30. Et in hac specie gabella debetur gabellario excellenti tempore, quo circumueniens, se stare contra dno, declarauerit, quia tunc incipit esse efficax venditio, quæ prius nulla erat, non vero gabellario, qui erat tempore contractus, ita Lassat. d. e. numero 57. quem sequitur Azcu. in l. 1. n. 148. tit. 17. hoc lib. 9.

9. Mihi tamen in specie principali prædict. nempe contractus bonæ fidei, cui dedit causam

dolus, vt ex eo venditor, vel permutator, sic decipiens, teneatur soluere gabellam, vt ior. & tenenda videtur, prout etiam arbitratore e m. Probans Molin. vbi supra, & præferimus eolum. 594. vers. petes, d. disputacione 332. loquens in venditore decipiente ex eo, quod fraus, & dolus nemini patrocinator, & quia ex parte ipsius venditoris decipientis validus est contractus, illumque obligat si deceptus velit stare contractui, satisque est ex parte venditoris contractum esse validum, vt fidei ab eo gabellam comparauerit, eamque exigere valeat, quod ius semel questum, non amittit, tamen postea deceptus noluit stare contractui propter dolum venditoris, iuxta regulam ius nostrum, de reg. iur. in 6. Quamvis enim contractus bonæ fidei dolo factus, dante causam contractui sit nullus in fauorem doli passus, vel habet præfata communis, respectu tamen doli claudicant contractus in suum odium, & sic valet contra regulas iuris communis, l. Iulianus, §. si a pupillo, ff. de action. emt. l. non ideo minus, C. de procurat. vt in terminis etiam Padilla vbi supra §. 4. num. 5. in vers. claudicat igitur: vbi etiam, quod cogitur dolum passus declarare, fit an velit contractui stare, vel potius eum rescindere vt in d. Julianus, §. si quis colludente, quem ibi in hoc Bart. notauit.

Accedit et insuper pro hac nostra sententia contra Lassat. quia idemmet auctor d. cap. 14. numer. 64. in eadem specie, nempe quando venditio est nulla propter dolum venditoris, quinimo, vel propter metum ab eo illatum, vel propter simulationem contractus, licet decimam tunc non deberi palam esse, repetat: fatetur tamen, quod si gabellarius decimam perat à venditore fundatam, habebit intentionem suam ex prædict. venditione de facto procedente, nec audiendum esse venditorem contra gabellarium agentem, allegantem, venditionem nullam esse ex dolo, metu, vel simulatione, quia allegaret turpitudinem suam, quod neque agendo, neque excipiendo licitum cuique est, fit cum nemini debeat delictum patrocinari, l. si seruus plurimum, §. 1. ff. de legat. 1. l. tranfatione cum ibi notatis, C. de transactio. cum similibus, nisi in vno solo casu, quo iam per sententiam iudicis inter partes formales lata contractus venditionis nullus esse fuerit declaratus: tunc enim inquit poterit venditor propriam turpitudinem ab alio iam detectam allegare contra gabellarium decimam petentem, quia tali casu liquido constat indebitum esse, & quod secus erit, si eam suam turpitudinem etiam ab alio detectam allegauerit agendo contra gabellarium, repetens ab illo, vt indebitam decimam, quæ soluitur semel, quia iam sciens indebitum esse, soluerit: En igitur, quomodo Lassat. in his verbis fitetur, & probat, nostram sententiam contra suam priorem, de qua supra egimus & sic sibi met contractus videtur in hoc. At quod deinde dicit numer. 64. inquit (vt præmissimus) vno solo casu indebitum esse prædict. gabellam, nempe, quo iam per sententiam iudicis inter partes formales lata, contractus venditionis nullus esse fuerit declaratus, verum esse non credimus, sed asserimus etiam post prædict. sententiam, potius posse, ac solvendam esse precipiendum, quoniam ex parte venditoris valida quidem fuit ab initio venditio, quo ad hoc, vel fidei gabellam comparauerit, quod ius quæritum semel non amittit, quidquid deceptus postea noluit stare contractui propter dolum venditoris, etiam si super nullitate sententia ad petitionem decepti postea lata fuerit: ipsa namque inter partes ius faci t.

non vero tertio, qui est filius, nocebit, nihil impediendo, quod turpido sitam detecta, vel non: siquidem ex parte decipientis validus fuit statim contractus hic, quod sufficit ad debitum gabellæ, quamvis postea nullum esse declaratur cum ab initio fuerit valide ius questum filio pro sua gabella. Faciunt tradita per Parlador. *lib. 1. rerum quorid. capit. 3. §. numero 39. & 37.* ubi quod venditio facta in fraudem tenet, ac proinde ex ea gabella debetur, quidquid hoc intelligendum esse dicat Lassart, iuxta suam resolutionem.

14 Ex quibus omnibus idem probandum venit in permutatione, dolo dante causam huic contractui, nempe, ut respectu doli teneat permutatio, ac proinde ex sua parte teneatur solvere gabellam, non vero permutationem deceptus, emtor vero si deceptus regulariter gabellam non debet, sed decipiens: ut prædiximus, nisi adhuc permutationi voluerit stare in d. l. supra dicta n. 8.

15 Fit igitur ex supradictis viorem videri atque esse, & tenendam nostram, & Molinæ sententiam aduersus Lassart, ac proinde gabellam à vendito etiam permutante decipiente debitam ab initio propter validitatem contractus ex sua parte gabellario tunc temporis celebrati contractus, si fortecaulus existebat.

16 Quod si dolus non dederit causam contractus sed illi incidit, quia alter emtoras erat rem sed non tanto pretio, quo casu contractus validus est, sed datur actio decepto, etiam si non ultra dimidiam iusti pretij deceptus sit, iuxta communem resolutionem Doctorum, de qua per DD. vbi supra, tunc quidem proculdubio gabella debetur integra, nec gabellarius tenebitur remittere, aut restituere de gabella debita ratione primi contractus, & hoc ratione doli venditoris, vt nuncupatum tenet Molin. d. disp. 3. §. 2. col. 595. vers. Petes.

17 Similiter emtor rei proprie, vel ignoranter celebrata non valet, ac proinde ex ea, gabella non debetur, l. sua rei ff. de contrah. emt. l. 8. §. p. 5.

18 Erit præterea venditio nulla ob defectum substantialium huius contractus, l. pacta conuenta, & ibi gl. verb. ex pretio ff. de contr. emt. & in l. in venditionibus, ff. eodem tit.

19 Nec non si venditio sub aliqua conditione suspensiva celebratur, eaque deficiat, tunc enim venditio nulla erit, & gabella ex ea non debetur, vt resoluimus sup. in q. 8. proxime præcedenti, n. 11.

20 Alia plura exempla venditionis nullæ congerit Ant. Gomez vbi supra.

21 In summa pro regula obseruandum est, quod ex venditione iure valida debetur gabella: si vero venditio ex se iure non subsistat minime, nempe lege, vel natura prohibente, siue ratione rei vendite, vt in præd. casibus, siue ex defectu solemnitate, vt in l. lex qua ruores, C. de administr. tutel. siue ex defectu auctoritatis, vt in venditione facta per uxorem sine licentia viri, siue propter incapacitatem personæ, vt in furioso, & prodigo, cui bonis interdictum est, siue ex fraude in legem commissa siue propter simulationem, quibus casibus nulla est venditio, vt latius prosequitur Tiraquel. de vtroque retr. aff. tit. 1. §. 1. glo. 2. n. 5. cum sequentibus & Lassart. d. cap. 14. n. 5. cum sequentibus, vbi idem tenet, quando propter dolum dantem causam venditioni, venditio non subsistat, sed in hoc contractum probauimus numer. 9. 13. & 16. Sed quod de venditione per uxorem nuptiam dixi, intelligi debet, præterquam si talis vxor sit solita negotiari, vidente, & permitteente marito, quia tunc valida erit venditio, ac per consequens ex ea gabella

debebitur, ita in terminis voluit Azued. in d. l. i. num. 69. tit. 17. hoc l. b. 9. & quod de venditione facta ab vxore sine licentia viri non debeatur gabella probat bene Girond. de gabell. 9. par. in principio. n. 23. & 24. nisi à marito fuerit approbatus talis contractus.

Ex superioribus ¶ ex facto consultus Parlador. lib. 1. rerum quorid. capit. 3. §. 3. num. 35. respondit, quod cum laicus quidam, sepulchrum quod in æde sacra habebat pretio vendidisset, vestigal non debetur, quia nullus esset contractus iure Pontificio, ciuili Regioque refragantibus, cap. abolenda de sepult. l. locum. C. de religio. & sumpt. fun. l. 1. tit. 13. par. 1. Sepulchrum igitur auctoritate Episcopi constructum vendi, seu pignori non potest, nec etiam ius mortuum in huiusmodi sepulchrum inferendi, vt in d. l. 1. vbi Greg. Lopez in gloss. vender, inquit, simoniacas esse eas pactiones, quæ fieri solent cum clericis, vel religiosis, vt pro capella aliquod pretium, vel aliquod annuum eidem præstetur, quia cum hæc religiosa sint, non potest pro eis aliquid temporale præstari: quod verum, atque iuridicum est, quamvis frequenter male obseruari, vel etiam palliari solitum sit secundum D. Molin. lib. 1. de Hispan. vromogen. capit. 24. numero 40. ¶ sed nec iura sepulchrorum extraneis cedi possunt, l. quia perinde. §. 1. ff. ad Trebelliat. Ioan. Faber in §. 1. colum. vlt. inquit. de acquas. per arrogat. licet transeat ad hæredem extraneum, l. vel que in principio, ibi, qualecumque sint. ff. de religio. & sumpt. fun. ius sepulchri. C. eod. tit. Tiraquel. de retr. aff. l. 1. §. 2. glo. 1. n. 5. 2. ¶ Sed contra hoc responsum Parlador. inquit. Lassart. vbi supra, d. cap. 14. n. 5. dicens, quod ex eo inquit d. iura sepulchrum vendi non posse, quia cum sit terra sacra, vel religiosa in nullis bonis est: atque ideo commercium eius haberi nequit: At hoc procedit, quo ad proprietatem sepulchri duntaxat: ¶ sed secus, quo ad vsum, quem bene potest habere laicus in bonis suis, ad hoc, vt nullus præter eum sepeliri possit eo loci, vt cum aliis probat Abb. in d. cap. abolenda, numer. 5. & Syluest. in summa verb. sepultura. n. 3. & Anchar. cons. 113. n. 3. Ius enim hoc vendi, proprietatem rei non lædit, argumento eorum, quæ alias resoluit Paul. de Castro in l. 4. n. 2. ff. de seruit. & alij DD. Et quia vñs de quo per Abb. & Syluest. non est proprie accipiendus, vt seruitus formalis esse intelligatur, de qua inquit. de usu, & habit. nulla enim seruitus esse potest in his rebus, quæ in nullius bonis sunt, vt in l. 1. & ibi DD. ff. de usu, & habit. quam l. expressit in re sacra, & religiosa exemplificat Longolusius in repet. Imperium 4. par. fol. 54. ff. de iuris. d. omnium iudic. Sed accipiendus est potius pro facultate, & commoditate vtendi, quæ differt à vera seruitute vñs: Si igitur hæc facultas vtendi capella, & loco sacro in persona laici esse potest, quia à re ipsa sacra distinguitur, & seccernitur, atque differt: Ergo in alium transebit, & cedi potest pro pecunia absque labe simoniæ & venditio valet, & ex ea debetur gabella; ¶ Accedit praxis communis, iuxta quam ab Ecclesiis, eiusque prælati morantibus hæc facultas, & ius sepelendi in eo loco licite, vt creditur, & absque labe simoniæ laicis venditur, eo quod non quid sacrum aut religiosum veniat, sed ius quoddam honorificum, & temporale illi potius, quam alibi sepelendi, vt explicat Dominicus à Soto lib. 9. de iust. & iur. quæst. 7. art. 1. in responsione ad tertium argumentum. Similiter & capellæ, atque altaria, & arcus quotidie pretio annuaque pensione perpetua, & sepul-

ture laici conceduntur, vt videmus ergo & ab ipsis laicis aliis cedi, vendique possunt, sicut gratis concedi. Cum igitur hæc venditiones communiter fiant, & pro validis reputentur, atque habeantur, gabella ex hac à laicis vendentibus debebitur, pro vt cense contra Parlador. Lassart.

Nihilominus tamen Ecclesiæ censuræ ac correctioni superiora subiciuntur, dum diximus à laicis fieri posse præfatas venditiones licite, & absque simonia: quinimo vix posse in praxi obtineri censeo, vt ex præfata venditione solatur gabella, cum negari non possit, quin illa facultas, vñs, & commoditas vtendi capella, vel sepulchro, in quo venditio consistere præteritur, ita sacris rebus, & religiosis adheret, vt re ipsa vñm ab alio seccernat, aut separari non possit. Vnde nil mirum, vt quod præcipuum est confideretur, sique gabella non debeatur, quia magis dignum attrahit ad se minus dignum. Et præterea, quando in vno actu duæ rationes, vel cause concurrunt, inspicenda est, quæ minuit gabellam, quia in dubio contra gabellam est iudicandum, vt resoluimus supra quæst. 5. n. 10. Ex quibus defendi potest opinio Parlad. à qua, vt ipse postea inquit, in secunda editione, immerito, nulloque iure discessit Lassart vbi supra.

27 Vno tamen casu postea procedere opinio Lassart. contraria nempe in venditione vniuersali rerum temporalium, quibus in hæret, vel annexa est capella, vel sepulchrum sub quodam pretio. Itaque sub ipsa vniuersali bonorum vendita transirent in consequentiam iura sepulchrorum, sicut & alias ius patronatus potest alienari inter viuos titulo vniuersali, vt in cap. ex literis, de iur. patron. cum similibus, tunc enim de toto pretio deberetur gabella, quia non venditur, nec veni potest, quod spirituale est, sed transit sub vniuersitate vendita in quadam consequentia, & vniuersitas, quæ venditur expectanda est, non singule res in ea contentæ, l. in modicis, ff. de contrab. emptio. l. 1. ff. de fund. dor. l. quædam ff. de acqui. rerum domi. & d. cap. ex literis, de iur. patron. ¶ Vnde hæreditate vendita, si in ea res aliquæ sint, quæ immunitate alias fungantur, nihilominus integra decima et totum pretium debetur, vt in terminis probat Parlador. lib. 1. rer. quorid. c. 3. §. 2. n. 26. & 27. supra Lassart. de decim. vend. c. 9. n. 39.

28 Similiter, & in venditione sepulchri facti, non interveniente Episcopi auctoritate, hoc namque potest vendi, atque alienari, quamvis enim, iure ciuili considerato, alienari non possit, quia eo ipso, quod quis inferebat mortuum in sepulchrum, locum religiosum efficitur, l. cum similibus, C. de religio. & sumpt. fun. cum tamen hoc de iure canonico non procedat, nisi auctoritate Episcopi ad huiusmodi vñm sepulchri locus deputatus sit, iuxta tex. in cap. ad hac, de religio. domib. vbi communiter sentientes id notant. gl. in cap. in Ecclesiastico, verb. si terram, 13. quæst. 2. & ibi DD. Innocent. & scribentes in d. cap. abolenda, de sepult. latè Dec. in cap. quanto, n. 9. de iudic. post Felin. ibidem n. 4. D. Molina vbi supra, n. 39. Cessante tamen pro vt cessat de iure canonico prædicatione iuris ciuili, cessare debet & eius præd. positio, vt resolut Felin. vbi supra, & Gregor. Lopez in d. l. 1. in gl. verb. vender. quod verissimum videtur Molinæ. vbi supra, n. 39. reiecta opinione Fabri, & aliorum, qui contrarium absque iuridica ratione tenuerunt: Cum igitur sepulchrum, factum abque auctoritate Episcopi vendi atque alienari possit, vt resoluimus, consequitur, vt ex eius venditione alicuius debeatur.

30 Secus autem erit dicendum in sepulchro con-

structo cum auctoritate Episcopi: hoc namque cum vendi iure pignori possit, nec etiam ius mortuum in huiusmodi sepulchrum inferendi, iuxta tex. in c. quæst. 2. in cap. postquam 13. quæst. 2. & in d. l. 1. & ibi Greg. Lop. & latè probat Molin. vbi supra, n. 40. quicquid nimis subtiliter, & pene philosophando distinguere velit in hoc Lassart. vbi supra, consequens est, vt gabella in hac specie, si de facto venditio fiat, non debeatur, rationibus à nobis supra consideratis pro hac parte.

S V M M A R I A.

- Gabella an debeatur ex venditione resissa, vel ex legitimis causis resoluta? & numeris seqq.
- Gabella non debetur ex venditionis, vel permutationis contractu, quando partes in continentibus ab eo recedunt: scilicet si ex intervallo, & an tunc noua alia gabella debeatur ex distractu? n. 3. & n. 4.
- Gabella debetur ex augmento contractus ex intervallo adiecto.
- Gabella debetur ex venditione pure celebrata, etiam si ante traditionem partes ab ea mutuo consensu discedant, & a fortiori, si recedant post traditionem, vt hic, & in n. 7. & 8.
- Gabella an, & quando debeatur, quæ res est celebrata venditione precium, an traditio rei remittitur.
- Gabella non debetur quando venditio resoluitur ex pacto directo legis commissoria, vel adiectionis in diem in ipsa venditione, vel in continentibus verbis directis appositis: scilicet si ex intervallo appositum fuerit, vt in num. 11. Item quando propter verba obligata pacto adiecta, non ipso iure fit resolutio contractus, sed per sententiam iudicis, vt in num. 12. & quid si pactum illud longo tempore concluditur n. 13. vbi quid de fructibus interim perceptis?
- Gabella an debeatur ex venditione in hunc modum celebrata, nempe, vt si emptori displicuerit inempta, sit vel distralla sit ad beneficium emptoris, si tamen postea emptori non placuerit, & numeris seqq.
- Venditio celebrata, si placuerit, vel nisi displicuerit, arbitrio boni viri commissa intelligitur, & iuxta id iudicandum, an debeatur gabella, vel non, limitatur in casu postico: n. 21.
- Gabella debebitur in præmissa specie, si resolutio fieret etiam iusta causa post terminum in contractu, vel iure assignatum.
- Termino ad displicendum in re debitoria, quando à partibus non assignatur in contractu, vel post in continentibus, est sexaginta dierum, quem terminum partes sua conuentione immutatur, & perpetuum efficere possunt, vt in numero 18. Sed si res morbosa, vel vitiosa sit, nihilominus termino displicentia non adiecto in conuentione intra sex menses, reddi fieri potest, vt in n. 19.
- Venditione rei ita celebrata, si tibi placet, statim placere debet, nec prodesse placere die sequenti.
- Gabella debetur ex venditione facta cum pacto de retrovendendo: ex renouatione autem prædictæ alia gabella non debetur, vt in n. 23. nisi prædictæ renouatio fieret nullo appposito pacto de retrovendendo, vt in num. 24.
- Gabella debetur ex venditione facta cum pacto, quod si emptor eam rem vendere vellet, teneatur in ea præferre primum venditorem ceteris emptoribus.

- 26 Gabella duplex debetur ex venditione facta cum pacto de revocando intra certum tempus, si postea prorogetur per partes ille terminus, & transacto primo termino intra tamen prorogatum revocatur.
- 27 Gabella an debetur ex venditione cum pacto de revocando verbis directis concepto, ut in exemplo de quo hic resoluitur affirmative, n. 28.
- 29 Gabella debetur ex venditione iuris pacti de revocando in venditione appositus in favorem tertii pretio facta, tresque gabella in hac specie debentur, ut redema per illum tertium. Prima ex venditione ipsa principali. Alia ex venditione seu cessione dicti pacti. Tertia, ex redemptione, & nu. 30. cui incumbat onus solvendi hanc tertiam gabellam?

QVÆSTIO X.

An ex venditione rescissa, vel ex legitimis causis resoluta, debeat gabella?

Quarto decimo: An ex venditione rescissa, vel ex legitimis causis resoluta debeat gabella. Et quia in hoc articulo DD. nostri maxime variant, atque nimis confuse, & diffuse procedunt, ita ut pene intelligatur, aut memoriz retineatur, quid tenendum sit iure, & in praxi, ut constat ex late adductis & congeitis pro Tiraquel. de retract. conu. §. 6. glo. 2. nu. 4. cum segg. & ex aliis nouioribus, ut hac materia omnibus deinceps clarescat, notaque fiat, sublati nubibus, eam clario, illustri que stylo exponam, procedendo per casus sigillatim.

1. Primus casus est, quando partes celebrato contractu emtionis, & venditionis, vel permutacionis, simpliciter, & absolute statim in continenti, hoc est, antequam ad alia diuertantur, ab eo mutuo consensu recedunt: & tunc quidem non debetur gabella ex contractu, nec distractu: secus si ex intervallo, quia tunc semel sico quæsitum ab eo auferri per partes non potest, Bald. in l. si constante, col. 2. per illum sex. C. de donation. ante nup. Doctores omnes in lab. emtionis, ff. de pacti. secundum Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 13. gloss. 5. numero undecimo, & voluit idem §. 22. numero 10. Et hæc est communis sententia, & resolutio secundum Anto. Gomez, qui alios allegat, 2. som. variar. resolut. capit. 2. de emtione, & venditione, numer. 31. sequitur plures allegans Tiraquel. de retract. conu. §. 6. gloss. 2. num. 10. vbi id verum intelligit, etiam si ante traditionem rei vendite partes discesserint à contractu, nisi in continenti discedant, sequitur etiam Arias Pinel. in l. 2. in 2. par. cap. 3. nu. 36. col. 2. illius numeri. C. de rescind. vend. Mench. de success. creat. §. 25. numero 5. Didac. Perez. in l. 2. tit. 7. lib. 5. Ordinar. pag. 196. versic. sed dubium est. Parado. lib. 1. verum quod. capit. 3. §. 4. num. 3. §. 6. et que vera, & communis resolutio secundum Ioseph. Ludou. decis. Perns. 113. quem ad hoc refert, & sequitur Lassat. de deci. vendit. capit. 14. numer. 7. cum segg. male tamen hic auctor inquit, gabellam deberi ex venditione, à qua partes in continenti re integra discedunt, cum neque id verum sit, nec communis, & vera resolutio, quam ipse citat, id habeat: sed potius contrarium, nisi cum ex intervallo partes à venditione discesserint, ut constat ex omnibus Docto-

ribus de hoc agentibus: Distinctio igitur præd. vera, & communis est, atque tenenda, ut & contra Lassat. vbi supra, censet Ioan. Garfia in tract. de expens. & melior capit. 18. numer. 48. in additionibus nouis, est etiam communis secundum Molin. Theolog. qui eam sequitur in 2. p. de iust. & iur. dispensatione 373. col. um. 772. versic. quando contractus, & iuxta eam intelligenda est opinio Vegæ lib. 5. sua summa casu 632. in princip. alias erit falla similiter, & Auend. resp. 20. num. 1. ibi fiseus, & Azcu. in l. 1. nu. 86. tit. 17. hoc lib. 9. dum tenent, quod licet partes penituerint, & venditionis post eam perfectam, debetur gabella, intelligendi sunt, quando penitentia est ex intervallo: secus si in continenti ante quam ad actus extraneos partet se diuertant, iuxta præd. veram & communem resolutionem.

Quinimo, quando partes ex intervallo à venditione discedunt, postquam ad traditionem rei, pretij solutionem transierint, si resolutio fiat per actum priori dissimilem, nempe, reddendo venditori rem. à se venditam, & emtori iam traditam dinerlo pretio: quia non tam priorem venditionem resoluisse, quam nouam contractisse videtur, ex l. 1. & 2. ff. de rescind. vendit. alia noua gabella, quasi ex altera noua venditione debetur, & soluenda erit, iuxta pretium secundo loco definitum: secus, si actus priori similis retro agens venditionem intercesserit, iuxta l. 1. C. quæst. lic. ab emtione disce. quia tunc vnica tantum gabella ex precedenti contractu soluenda est, ut post alios probantur Parlador. num. 6. & Lassat. §. vbi supra, nec non, & Molin. Theolog. 2. p. de iust. & iur. disp. 373. col. 775. 4. versic. dubium. Quæ distinctio procedit in ea venditione, quæ nec omnino perfecta est omni perfectione, nec omnino in eares est integra, veluti, cum ex altera tantum parte impletus est contractus, nempe traditio rei, vel solutione pretij: secus vero, si vtrumque factum sit, quia tunc vera est secunda venditio, manente prima, ac proinde quando traditio rei est facta, & pretium solutum quomodocunque, & quibuscunque verbis contrahentes distracterint, nouam alcaualam debebit recuenditor ex traditis per Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 22. n. 19. & 20. & in terminis ex eis ita tenet Lassat. d. cap. 14. num. 9. & Molina. col. 775. in versic. illud, vbi quod hæc secunda gabella erit soluenda gabellatio, ac domino, qui fuerit tempore secundi contractus, & iuxta hanc distinctionem intelligendi sunt Ant. Gom. Tiraq. Molin. & ceteri DD. supra citati, tenentes indistincte ex resolutione, & discessu à contractu, hoc est, à distractu non deberi gabellam, & que tradit in materia feudali Peguera de feud. vers. 1. amplia. 15. n. 89.

Quod si contractus ille non dissoluitur omnino, sed ex intervallo, vel pretium mutuo consensu augetur, aut minuitur, vel merx pro eodem pretio augetur: recessum quidem censetur à priori emtione, & facta noua, quatenus hæc posterior à priori diuersa est, & gabella augmenti pretij debebitur, non vero gabellaris aliquid restituetur, aut remittere tenebitur, si pretium prius ex intervallo diminueretur de gabella prioris contractus, quia ad eam totam à principio ipsi plenum acquisierat, cui præiudicare non potuit variatio in contractu ex intervallo effecta, ita & recte censuit Molina vbi supra, d. col. um. 772. ad fin. versic. quod si contractus, & col. um. 772. in hoc sententiam probo: modo eam intelligamus, quoties variatio præd. interuenit ante traditionem rei, vel pretij solutionem, ut credo fuisse de mente eiusdem auctoris

auctoris, & innuitur in eius verbis in versic. vbi additur ibi, reque integra iuncto versic. subsequenti: ibi quo loco obserua. Et ideo merito tenet, non deberi tunc nouam gabellam, eo quod contractus esset item aliquantulum variatur: secus tamen esse videtur, si hæc variatio post traditionem rei, vel solutionem pretij intercesserit, quia iam tunc videtur nouus contractus: Nihilominus tamen adhuc idem videtur probandum, & in hac specie quod in priori, nempe ante traditionem rei, vel solutionem pretij, scilicet, ut in vtroque procedat sententia Molinæ, ut pote quod potius videatur additio noua priori contractui, quam nouus in totum contractus.

Ex superioribus deducitur minime habere locum in nostra materia gabellarum conclusiones, quas late cum suis ampliationibus, & limitationibus, probat, & prosequitur Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 55. glof. 1. n. 32. cum segg. & prius §. 13. glof. 5. nu. 12. cum sequentibus.

Prima enim conclusio erat, ante realem traditionem fundi licere penitere, sine distractu, ut nulla iura debeantur, neque de contractu, neque de distractu, quam conclusionem ibi ampliat quatuor modis, & limitat vno modo.

Secunda conclusio erat: post realem traditionem fundi, non licere penitere etiam ante quando minus præuenit, nisi in ipso traditionis actu, vel in continenti sequuta, sit retractio, & penitentia, quia traditio facta non videtur, que nullo spatio stetit, vel nisi emtor traditione accepta intra modicum tempus felleciter, aut solum verterit decepto venditore.

Hæc enim conclusiones Molinæ dato, quod in sua materia, quam ibi agit, recte procedere possent nostra tamen minime sic simpliciter locum habent: sed omnino prolixè reducenda sunt ad præfatas communes resolutiones, & distinctiones: nempe, quod gabella, hoc est, alcauala in his nostris Regnis debeat, & peti possit ex solo contractu valido ante traditionem, nisi in continenti per partes antequam ad extraneos actus diuertat, ab eo discedatur: secus si ex intervallo, quia tunc, vel vna, vel duplex gabella debebitur iuxta præcedentem resolutionem.

Similiter in hac nostra materia ex prædictis non procedit resolutio eiusdem Carol. Molinæ d. §. 13. glo. 5. num. 15. & 17. tenentis, etiam si traditio inter cedente, posse contrahentes libere discedere, dammodo patronus non præuenit, vel emtor non cepit possidere, vel fini, &c. contrarium namque respectu gabellæ tenendum est: prout tenent omnes scribentes in lab. emtione, ff. de pact. & alij, quos refert idem Molinæ d. nu. 15. & Firmia de gabell. §. p. 8. parisi, q. 14. Nam iuxta receptissimam sententiam supra relatam, partes ex intervallo recedere non possunt à venditione in præiudicium iuris, seu gabellæ tertio, vel sico quæsitæ, vel quæsitæ: sed tantum in continenti, quod si ante partium penitentiam gabellaris in iudicio præuenit, petendo gabellam, procul dubio ea debetur, licet postea partes à contractu resisterint, quia iam tunc non potest res integra, ut constat ex Molinæ vbi supra, contra Tiraquel. de consuet. poss. p. 1. n. 9. & p. 2. lim. 7. n. 4.

Quod si recte celebrata venditione pretium remisit venditor, vel emtor rem: videtur supra dicto modo distinguendum, ut si quidem in continenti id fiat, gabella non debeat, si vero ex intervallo, debeat.

Mihi tamen hæc in specie, ita tenenda videtur optima distinctio circa retractum in materia feudali tradita per Carol. Molinæ in consuetud. Paris. tit. 1. §. 13. numero 55. ita ut quod ipse dixit, & decidit in iure vniuersique retractus, quosdam rationibus tenendum sit, & practicum quod ad gabellam, & distinctio præd. est huiusmodi.

Quod, quando sendo vendito certo pretio, remittitur ipsum pretium ex intervallo, valet venditio, quacunque ex causa sit remissio, ut in l. si sibi habitationem, ff. locat. ac per consequens locus sit verique retractui (atque ita in nostra specie gabella debeat) & proinde quo ad retractum integrum pretium erit refundendum: etiam si venditor pure liberaliter donauerit emptori pretium, quia de donatione pretij nihil ad rem.

Si vero in continenti, subdistingendum sit: aut causa pure, & liberalis donationis remittitur, aut ex alia causa. Primo casu non est venditio feudi, sed vera donatio, l. cum in venditione, ff. de contrahent. empr. & cessat vterque retractus: & ita in omnibus iudicandum sicut de fundo donato (nec etiam hæc in specie debetur gabella.) Quod ita demum procedit, si consistit de causa pure, & liberalis donationis, seu versimiliter apparet, donatorem non habuisse animum vendendi feudum, ita quod pretium non est appositum causa venditionis, sed causa donationis fore æstimanda, iuxta dict. l. cum in venditione: secus sic consistit, quod non habuit animum donandi feudum, sed eius pretium: feudum autem vendere voluit, tunc enim manet venditio feudi quamvis in continenti pretium donationis causa remiserit, quia non calit donatio, nisi super pretio, quod frequenter, inquit, enenire potest: veluti si donator nolit excindere propinquos suos à retractu sed pretium donate vult emptori: igitur hoc casu locum habebunt omnia iura feudalia, sicut vera venditione: addo ego: & debitor gabella multoque fortius, si in eius fraudem præd. remissio facta fuerit.

Secundo vero casu, quando scilicet, ex alia causa quam pure, & liberalis donationis remissio pretij in continenti fit, manet venditio, & in omnibus idem iudicandum, quod de fundo vendito, etiam si remissio fuerit in continenti facta non ex causa debiti, sed ad antidota ex causa simplicis remunerationis, quia huiusmodi remissio magis est genus permutacionis, quam donationis, l. sed & si lege, §. consilium, versic. plane, ff. de per. hered. cum similib. (ac per consequens debitor gabella in hac specie) pro qua distinctione est optimus textus in l. si sponsus, ut versic. circa venditionem, ff. de donat. inter vium, & uxorem, vbi Iurisconsultus similiter distinguit in venditione facta à marito uxori, ut inspicatur eius animus, an fuerit donandi, vel vendendi, & ita censeo iudicandum in nostra materia quo ad gabellam, prout in terminis Molinæ sequor, eius consideratione consentit Lassat. de decima, dicit. capit. 14. numer. 6. tametsi Tiraquel. de retract. conuention. §. 1. gloss. 14. nume. 123. distinctionem Molinæ improbare videatur, sed opinionem Carol. Molin. & Lassat. sequitur Molin. Theolog. 2. p. de iust. & iur. dispensatione. 373. col. 773. versic. vbi obiter.

Secundus casus principalis nostræ questionis 10 est, quando venditio resoluitur ex pacto directo legis commissoria, vel additionis, in diem in ipsa venditione, vel in continenti verbis directis appositio, veluti si dicatur, si intra tantum temporis non solueris, res sit inuenta, vel si intra

tale tempus alius meliorem conditionem attulerit, res sit inempta, *ut in titulis ff. de lege commiss. ff. in diem additione*, vel in alio quocumque pacto resolutive, *ut in specie l. 3. ff. de contrahenda emptio*. Et hac in specie vera, & communis resolutio Doctorum est gabellam non deberi, & si soluta fuerit, repetendam esse ex gabellario, quia licet à principio pura venditio sit, *suprad. iuxta l. 2. ff. de in diem addit.* ac proinde necessario statim nascitur obligatio ex eo contractu, *ut in pr. insi. de empt. & vend.* & consequenter statim quoque gabella obligatio filico queratur, ut in quoque tamen ius tã questum partibus, quã filico, resolvable est, sub conditione illa, si pretium in termino non solvatur, vel si alius meliorem conditionem attulerit, & sic dependenter ex eo, quod id non sequeretur, ita ut si pacti conditio non committatur, perisset venditio, & gabella irrevocabiliter debeatur: si vero pacti conditio adimpleretur, vel quia pretium in termino solutum non sit, vel conditio melior allata fuerit venditori, ac proinde rem inemptam fieri vel, *intra diem l. 2. ff. de in diem addit. & l. 38. tit. 5. pag. 5.* sic venditio illa pura resolutiva, ac si à principio conditionaliter fuisset contracta, & apposita conditio deficeret, quo casu proculdubio est, gabellam non deberi, *ut supra resoluimus questio. 8.* Ergoneque ex hac debeatur, sicut non debetur laudemium in simili specie in feudilibus, *ut fecit indicari Carol. Molinam consuet. Paris. tit. 2. §. 5. §. 1. n. 162.* & resolvit in tit. 2. §. 2. n. 9. de quo etiam agit Tiraq. *de retrad. consens. §. 6. gl. 2.*

Et quod gabella quoque non debeatur in nostris terminis, tenet Pet. de Bellapert. & Paul. Castr. *columna. 2. in l. §. sed quia, Communia de legat. & alij Doctores*, quos refert Anton. Gom. in 2. tom. *variar. resolut. capit. 2. de empti. & vendit. numer. 31.* (licet eos non sequatur) addens, quod si forte gabella fuit soluta factio contractu, postea eo resoluta, potest repeti tanquam indebite soluta secundum eundem auctores, est communis secund. *Parlad. lib. 1. rerum quodam. capit. 3. §. 4. num. 7.* ubi quod nemo est, qui ab hac sententia dissentiat nisi Ant. Gomez ubi *supra*, sequitur Maslene. in 1. 7. tit. 11. *gl. 5. num. 1. lib. 5. num. Collect. Reg. hanc etiam sequitur etiam in improbant Ant. Gom. ubi supra*, contractum tenentem, & Menchac. *lib. 1. controuers. in frequen. c. 11. n. 2. eorumque fundamentis* satisfaciunt.

11 Limitatur tamen primo hæc vera, & communis sententia, quando pactum legis commissoriae, vel additionis in diem appositum fuisset ex post facto, hoc est, ex intervallo, tunc enim cum semel in commutabiliter ius quæritum sit filico ad gabellam, nona contrahentium voluntate, aut pacto, in eius præiudicium auferri non potest, aut controuerti ex regula, *id quod nostrum ff. de reg. iur. & constat ex prædictis*, & volunt præcitati auctores præcipue Lassar, *num. 28.* & Mol. *col. 809.* in *princ. vers. Idem.*

12 Limitatur secundo, quando propter verba obliqua pacto adiecta, non ipso iure sit resolutio contractus, sed per sententiam iudicis: licet enim, & in hac specie Car. Mol. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 2. n. 15.* in proposito consuetudinis suæ in feudilibus, æquiparet casum directæ resolutionis ipso iure factæ per verba directæ appositus in illis pa-

ctis, & casum obliquæ resolutionis, per verba mere obliqua pacto adiecta, dummodo retro ad non causam reducatur venditio, & resolvatur non ex noua causa, sed ex necessitate, & causa veteri ipso contractu existentis: ut utroque casu nulla iura vilia parum debeantur, & solua repeti possint, etiam si medio tempore ad traditionem realem, & translationem dominij ipso iure non reuertibilis processum fuisset: nihilominus tamen, in nostra specie, & materia alcaualæ aliud iudicandum censet, quando non ipso iure, & verbis directis pacto adiectis, sed per verba obliqua sit resolutio venditionis per sententiam, vel via actionis, aut exceptionis nempe, ut debeatur quidem gabella, & ideo ea soluta, minime fit repetitio locus, cum in hoc casu venditio semper maneat ipso iure, & valida sit, ut fatentur omnes, & constat ex traditis per Dom. Covarr. *lib. 3. variar. resolut. cap. 2. numer. 1.* & Menchac. *lib. 3. controuers. usqueque. capit. 69.* Ergo ex ea debetur gabella, cum ad hoc solum legibus nostris Regis consideretur, & inspicitur simplex actus, vere, & valide venditionis, quamvis postea non duret ex voluntate contrahentium, dum modo ipso iure non sit resoluta, quamvis ex veteri causa ipsi contractui existenti venditio rescindatur, & in terminis ita rectè tenet Lassar. *dist. capit. 14. numer. 29.* & Giron. *ubi supra, numer. 29.* & Molin. *ubi supra, column. 808. ad fin. ubi quod in hoc committit DD. conveniunt.*

Tertia limitatio colligi potest ex eodem Carol. Molino *d. §. 5. §. 1. num. 163. cum sequentibus*, dum late nititur probare, leges illas de in diem additionem, & commissoria, locum tantum habere, quando pacta illa modico tempore concluduntur, ut exemplum ponit in l. 1. ff. de in diem addit. *propt plurimum contigit, non autem, quando in multis annos protrahuntur, quod rarissimum, & insolitum est, ll. namque referuntur ad ea, quæ frequentius accidunt, l. nam ad casu. de legibus*, quid enim absurdum, quam emptorem longo tempore verum dominum, & vallum, vel censuarium fuisse, & pacifice possidisse, & tamen de re, que tot annos manum mutant nulla iura domino directo deberi, nec semel quidem, sed si receperit, restitueret teneat: Ergo idem videtur dicendum respectu gabelle solvendæ: Fac enim fundum venditum mille, receptis quingentis, ea lege, ut nisi emptor intra decennium reliquam persolvat, res sit inempta, lapsò decennio, persolutione non facta, venditor restitutus quingentis fundum recuperat, cur gabellam iam solutam recuperabit, cum tanto tempore venditio duraverit, & in dominio emptoris fuerit? Nihilominus tamen cum venditio ex causa, & pacto ab initio inexistenti, pro infecta habeatur, etiam retro quo ad fructus, qui restitui debent, *l. item quod, & l. Imperator in principio ff. de in diem addit. l. lege in fundo, ff. de leg. commiss.* quamvis pro rata pretij soluti æquum sit emptorem dominum, & possessorem suos fructus facere, *l. vltim. in fine, de fund. dotat. Bald. in l. si traditio, questio vnderima, C. de actio emptio*, & alios referens Carol. Molin. *ubi supra dist. §. 5. §. 1. numer. 166. in principio*, Nil mirum, ut nulla gabella debeatur, & soluta repeti possit, cum defecta conditione, venditione habeatur, ac si à principio facta, nec celebrata fuisset, ac proinde cessant iam eius omnes effectus, sicut in venditione conditionali supra cum communi resoluimus. Neque pro rata pretij soluti fructus lucrè in emptor, quicquam in proposito licet, cum id potius de æquitate,

tate, & per modum eius, quod licite interest, potius statutum fit, quam quod ex vi venditionis à principio resoluta, saltem virtualiter ratione pacti directi id sustineri queat: nec etiam quod longum tempus effluxerit, consequam interest, cum hoc ex vi pacti conuenienti contingat, eademque iuris ratio militet in modico, vel longo tempore, quia magis, & minus non differunt in genere, *l. final. ff. de fundo instruit. præterquam*, quod tempus non solet esse modus inducendæ, vel tollendæ obligationis, præcipue contra voluntatem partium, quorum actus non debent operari ultra eorum intentionem, ut de utroque sunt iura vulgaria: denique conuenio, ut in perpetuum redhibitoria valet *lit. l. quod si nolit. §. si quid ita, ubi si vero conuenit. ff. de adilit. edit.* Quinimo ex eodem textu, si dictum fuerit in contractu, licere emptori, vel venditori, quandocumque ab eo discedere, perpetuo quilibet eorum potest penitere, *intra gloss. in cap. illo vos, verb. annos de pigno. Bald. in l. 2. §. vltim. ff. qui satis d. cog. Cremen. singul. 1. 1. Domin. Covarr. lib. 1. variarum resolutio. capit. 9. numer. 1. qui numer. 4.* hoc verum intelligit de præscripto. *to vel 20. ann. secus de præscriptioe 30. annorum: fateor tamen in pacto, l. commissoria*, hunc discursum procedere posse, licet peraro, longum temporis intervalum ei admihi solcat. In pacto autem adiectionis in diem minime, quia hoc prope semper breui tempore solet concludi.

14 Ex præcedenti secundo casu, quem modo explicitimus deducitur in casu l. 3. ff. de contrahenda emptio, proculdubio non deberi gabellam, nempe, si res ita distracta sit, ut si displicuisset, inempta esset, quia resolutur hæc emptio sub præd. conditione, hoc est, data emptoris displicentia, quamvis non sit res sub conditione distracta, *ut in dist. l. 3.* que resolutio operatur, ut inempta videatur esse à principio, ac proinde gabella non debeatur, quia sine culpa venditoris eo casu resolutur contractus. Idem erit, si quis vendiderit rem suam ad beneplacitum emptoris, hoc est, à contento: si enim postea venditio emptori displiceat, gabella ex eo non debebitur, siue intelligamus, eam venditionem conditionalem esse, vel in specie textus in §. emptio, *instit. de emptio, & venditione*, iuxta tradita *supra, questione 6. versic. hac tamen communis*: siue sub conditione resoluti censcamus, *iuxta dist. l. 3. & ea que modo prædicimus*: Est enim differentia inter illam venditionem, si Titius (verbi gratia) intra certum diem tibi placuerit crit tibi emptus aureus tui, quia est conditionalis, *ut in d. §. emptio*, & hanc venditionem: vendi tibi hanc rem, ita ut si tibi displicuerit inempta sit, quia non est conditionalis, sed pura: resolutio tamen est conditionalis, *ut in dist. l. 3. ff. de contrahenda emptio, ita gloss. & Doctores in dist. §. emptio*, & in utraque specie data displicentia emptoris non debetur gabella, *ut prædicimus*, & probatur præterea ex doctrina Baldi *consilio 415. illa solennitas lib. 2. ubi tenet*, quod si tempore contractus fuit actum de eo resoluendo, resolutio, que fit postea, non est proprie resolutio, sed executio ipsius contractus *per leg. tertiam, §. si ab ignoto, ff. de manumiss. & l. 1. in fine, ff. de manumiss. & l. 1. in fine, ff. de rebus eorum*, idem Bald. *consilio 164. maritus, numero 1. versic. dico istam, libro 5. in e. sententia, ut quando res vendita, aut data in solutum lui potest ex pacto appositum in contractu, non debeatur ga-*

bella, quæ ex statuto iubetur solui ob contractum, cum non sit pleno iure translata, *l. manna supra §. nemo ff. de contrahenda emptio, quem refert, & sequitur Tiraquel. de retrad. consens. §. 6. glo. 2. n. 15. ad finem.*

Verum pro expeditiori intelligentia huius doctrinæ obseruandum est in proposito, eam venditionem, si placuerit, vel nisi displicuerit arbitrio boni viri commissam intelligi, ut docet Bart. *consil. 166. numero 2. & consilio 168. numero 5. ex l. si quis arbitrato, numer. 7. & ibi Socin. num. 22. ff. idem Bart. in 1. n. 51. C. de SS. O. Eccl. Abb. in c. 1. n. 22. ad fin. de indi. probat Lassar. de decim. vendit. cap. 14. num. 30.* & plures allegans Menoch. *de arbit. iudic. lib. 2. questio. 8. numer. 7. cum sequentibus*, ita ut si abique villa ratione discesserit emptor à venditione, & venditor consenserit: non tam ex vi pacti præcedentis, quam ex nouo mutuo utriusque partis consensu, & mera voluntate, resoluta videatur venditio, argumento leg. cum emptor ff. de rescindenda. vendit. ac proinde sic non præiudicabit, quoad gabellam, quare ipsa debebitur, *ut rectè probat Lassar. ubi supra*, Quinimo si hoc non coningeret, res iam tradita, & pretio soluto de huiusmodi resolutione voluntaria, tanquam ex noua venditione, deberetur altera gabella, tunc enim resolutio præfata non est executio prioris contractus, si quidem absque causa fuisse potius nouus contractus. Idem esset si resolutio fieret etiam iusta causa, & ratione post terminum in contractu assignatum, vel à iore, intra quem displicere deberet emptori, illo namque lapsò venditio firma manet, atque omnino perfecta, & absoluta, & facultas displicendi finita fuit per moram, hoc est, lapsu præd. termini, Bart. *in l. hac venditio in principio ff. de contrahenda empt.* Anton. Gomez. *in 2. tomo variarum resolutio, cap. 2. numer. 19.* Molina *Theolog. de iustitia & iure, 3. par. dispositione 537. col. 509. versic. Tertium*. Terminus autem iuris ad displicendum in redhibitoria actione, quando à partibus in contractu, vel post incontinenti non apponitur, est intra sexaginta dies, *ut l. quod si nolit. §. si quid ita ff. de adilit. edit.* quem tex. dicit singularum, & vicium Iason. *in l. prator ait la prima, §. si neque, numer. 3. ff. de iure iur. Socin. num. 11. & Val. in l. si quis arbitrato, ff. de verbor. obligat.* Anto. Gom. *ubi supra, numer. 19. ad fin. gl. in cap. illo vos, verb. annos de pigno. Roman. singul. 713. & 776.* & Petrus de Rabena *singul. 788.*

Quod tempus redhibitorie actionis, partes sua conventionione immutare, & perpetuum reddere possunt, *ut in dist. §. si quid ita, versic. si vero conuenit, ut docent Ial. in d. l. si quis arbitrato, numero 24. Socin. Sen. consil. vltim. in fine, lib. 3. Socin. Iun. consil. 145. numer. 52. lib. 1. Capol. in l. 2. numer. 78. C. de pact. inter empt. & vendit.* Domin. Covarr. *lib. 1. variarum resolut. ca. 9. n. 4.* & hos referens Menoch. *de arbit. iudic. lib. 1. q. 2. n. 12.*

Sed si ut obiter dicam ille tex. de præfato termino sexaginta dierum, intelligendus quidem est, quotiescunque res non est mobilia, vel vitiosa, sed emptori non placet alia causa (iuxta tamen arbitrium boni viri, ut prædicimus) quam ea, que citra pactum poterat agere redhibitoria, vel quanto minoris, quia si esset talis causa morbi, vel vitij, bene posset agi intra terminum ordinatum sex mensium, & anni respectu, non obstante illo textu, quia quod fauore alicuius introductum est, non debet in eius odium retrogeri, ut in regula iuris vulgaris. Ita probat Capolla *ibidem, n. 12. & 16.*

in L. adiles, numer. 15. ff. eodem titul. & Menoch. ubi supra, num. 13. denique Cæpol. d. num. 16. intelligit illum textum, respectu eius, quod interit, vt transacto tempore duorum mensium petri non possit, neque etiam pretium, quando res vendita non est morbosa, sed si ipsa morbosa sit, vel vitiosa, bene potest agi ad præd. restituere te, etiam si sint elapsi sexaginta dies.

20 Quod si venditio alicuius rei, non vt præmissimus, si placuerit, vel nisi displicerit, celebrata fuerit, sed hoc modo, si tibi placet, statim placere debet, nec prodesset, placere die sequenti, vt post Mathely. probauit Alber. in l. remittit. argumento tex. illius loquens in iuramento decisio delato à parte parti. ff. de iur. iur. quos refert, & sequitur Grego Lopez in l. 8. glof. fin. titulo 11. par. 3. dicens, ita vidisse pronuntiat in simili questione, in qua post similem obligationem elapsi erant multi dies, sequitur etiam Lassar. de decim. vend. cap. 1. n. 30. ad fin.

21 Verum si superiora (quibus resoluimus, eam venditionem, si placuerit, vel nisi displicerit, arbitrio boni viri commissam intelligi, ac proinde gabellam deberi, si absque vlla ratione discesserit emptor ab emptione) non procedunt, quando verba contractus circa resolutionem, ipsas meram, absolutam & liberam voluntatem important, ad hoc, vt præd. displicentia sit ad libitum: tunc enim, licet displicentia sit absque ratione, hoc est, irrationabilis, expressa tamen, & executioni tradita intra terminum à partibus assignatum, vel alias intra sexaginta dies, iuxta d. l. quod finolit. si si quid ita venierit, ff. de adilit. edit. non debetur gabella, siue is contractus conditionalis inducitur, vel partus cum pacto resolutiuo, vtroque enim casu, data præd. displicentia, ex mente, & voluntate partium à principio in pactum deducta, annullatur venditio, atque pro non facta habetur, ac proinde nulla gabella debetur, quamuis res fuerit tradita, & pretium solum sub præd. conditione suspensiuo, vel pacto resolutiuo: Mens namque expressa, que in contractibus, & vltimis voluntatibus semper attendenda est, l. Celsus, §. 1. ff. de contrab. emptio. in l. in conditionibus, ff. de conditio. & demonstrat. non fuit vendendi, nec emendi, si emptori displicuisset, non obstante, quod pretium solum fuerit, veluti pignus, vel in euentum, quod res vendita placeret emptori, & res vendita, quod tradita fuerit ad probationem, placeatne, vel displiceat, l. si ex plagis, §. quidam, ff. ad l. Aquil. & omnis actus non debet operari ultra intentionem agentium, l. non omnis cum similit. ff. si cert. petat. At quod ex venditione conditionali, deficiente conditione, vel sub pacto resolutiuo, verbis directis ipso iure celebrata, veluti legis commissio, adiectionis in diem, vel si tibi displicerit, res sit inempta, non debeat gabella resoluta venditione tempore debito iam supra suo loco probauimus.

22 Tertius casus principalis est, quando res venditur cum pacto de retrouendendo, iuxta terminos, l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. & tunc procul dubio dicendum est, gabellam semel ex huiusmodi venditione deberi, & solum repeti non posse, quoniam venditio illa prima fuit pura, & perfecta, nihil impediens pacto de retrouendendo appposito, quare ius semel ex ea venditione quæsum, non amittitur resolutione po-

stea contractus vi pacti de retrouendendo adiecti. Ex reuenditione autem præd. alia gabella non debetur, quoniam illa non est secunda venditio, sed resolutio prime, ique vi executionis pacti de illa dissoluenda appositi in prima venditione, antequam illa perficeretur. Ita tenet alios allegans Tiraquell. de retract. conuention. §. 6. glof. 2. num. 15. & Carol. Molin. in consuetud. Parisiens. titul. 1. §. 22. quæst. 3. num. 12. 15. & 40. & §. 23. quæstion. 8. numer. 26. & titul. 2. §. 55. glof. 1. quæstion. 4. numero 47. cum sequentibus. Anton. Gomez in 2. tom. variar. resol. cap. 2. de emptio. & vendit. sub numer. 31. & in l. 70. Tauri, numer. 30. Arias Pined. in l. 2. 2. par. cap. 3. numer. 36. C. de rescind. vendit. ubi dicit tutiorem, & receptiorem, C. de rescind. vendit. Matien. in l. 7. titul. 11. lib. 5. Nova Collectio Reg. glo. 3. num. 14. Palad. lib. 1. rer. quor. cap. 3. §. 4. num. 5. sequitur eos referens præter Carol. Molin. Lass. de deci. vend. cap. 14. numer. 36. cum seq. & nouissimè Molin. Theolo. 3. par. de iust. & iur. dif. 374. col. 782. in versio. dubium est, ubi quod DD. committit in hoc consentiunt, & in vers. maius dubium est: & Girond. de gab. §. p. in princip. num. 30. Azucud. in l. 1. num. 99. titul. 17. libr. 9. Nova Collectio Regie. Qui quid alias distingnat Peguer. in sua repetitione feud. fol. 34. num. 6. in laudemio venditionis rei feudalis, vel emphyteoticæ, an pactum redemptionis sit ad modicum tempus, vt tunc ex ea venditione laudemium non debeat: aut yero ad longum tempus, & tunc ipsa debeat, quocumque enim modo fiat venditio cum præd. pacto, gabella statim debetur, quia venditio pura est atque perfecta: & quod ex venditione cum pacto de retrouendendo debeat laudemium, indicat Senatus Pedemontanus contra opinionem multorum, quos refert Boerius decif. 182. numer. 39. & decif. 234. in fine, secundum Anto. Theaur. decif. Pedemontana, 75. num. 2. & 3. latè agit, an debeat alterum laudemium ex reuenditione facta postmodum. Aponte in tract. de laudemis, quæst. 37. per totam.

24 Quod si post venditionem semel vtrumque perfectam mercis, ac pretij, traditione, nullo appposito pacto de retrouendendo, conueniant postea contrahentes, vt res pro eodem pretio redimeretur, tunc illa censetur noua omnino venditio, debereturque ex ea noua, & distincta gabella gabellatio existenti tempore secunde venditionis, vt probat Molina ubi supra. column. 83. in princip.

Vbi quod si tempore primæ conuentionis pactum de retrouendendo apponeretur, vt res pro maiori, aut minori pretio redimeretur, aut pars mercis redimeretur pro toto pretio, censetur secunda venditio, distinctaque gabella pro illa deberetur, secundum Lassar. ubi supra, num. 41. Et rectè.

25 Quod si venditio à principio fieret, non quidem cum pacto de retrouendendo, sed cum pacto, quod si emptor eam rem vendere vellet, teneretur præter primam venditionem cæteris emptoribus, tunc esto, postea vi illius pacti reuenderetur primo venditori pro eodem pretio, quo primo vendita fuit, debetur gabella distincta gabellario existenti tempore reuenditionis, quoniam hoc non est resolutio

resolutio primi contractus, sed noua venditio, iuxta Molin. ubi supra in versio. seruatur etiam post Molin. ubi supra, num. 42. cum Carol. Molin.

26 Sed si venditio facta esset cum pacto de retrouendendo vique ad sex annos verbi gratia, & ante quam illi complerentur, prorogatio temporis de consensu partium fiat, veluti vique ad alios sex annos, aliudve tempus, transactisque prioribus sex annis intra alios sex redemptio fiat, debetur alia distincta gabella, vt cum Carol. Molin. & Tiraquell. tenet, & probat Lassar. ubi supra, n. 43. & Molin. etiam ubi supra, ad fin. d. col. 783.

27 Maxime si tamen controuersus est apud iuris prudentes, vtrum superiora procedant in pacto de retrouendendo verbis directis concepto, nempe cum dictum fuerit, vt oblato pretio emtori à venditore intra tale tempus, res sit inuenta, neque videtur namque tunc non requiri traditionem rei ad translationem domini, sicut, nec quando apponitur pactum legis commissio, vel adiectionis in diem verbis directis, vt iure probare nituntur, & constantè affirmant Paul. de Cast. & alij plures, quos refert, & sequitur D. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 8. sub nu. 2. in versio. verum & in hac specie, dicens esse sibi iure veniorem, & communiorem ex testimonio Iul. consil. 128. n. 4. lib. 4. Tiraq. qui eam sequitur de retract. conuention. sit. 1. glo. 7. n. 15. quibus ad stipulatur tex. insignis in l. voluntate. §. vltimo. ff. quibus modis pign. vel hypothec. solu. cui non potest congrue referri secundum Couar. ubi supra. Quod si hoc ita absolute verum est, inde sequitur, gabellam nullam deberi ex huiusmodi pacto de retrouendendo verbis directis adiecto, cum absque traditione oblato pretio resoluatur venditio augmento eorum, que supradicta sunt in secundo casu circa pactum l. commissio, & adiectionis in diem.

Rursum sunt alij quamplures auctores probantes etiam tunc, nempe in pacto de retrouendendo, verbis directis concepto, requiri traditionem ad domini translationem: & quod sic ex obligatione sola pretij, itante præd. pacto eo modo concepto, non transferatur dominium, sicut nec quando hoc pactum de retrouendendo verbis obliquis concipitur, quo casu certum est, aut saltem verius, & receptius, traditionem requiri ad translationem domini, quando venditor virtute huius pacti vult rem suam rehabere, vt patet ex Tiraquell. ubi supra num. 12. vbi communiem proficitur plures citans, tamen Paul. de Cast. & alij ab eo præcitati, num. 7. cum sequentibus alij velint adhuc in hac specie, sed quod prædiximus cum communi proculdubio ab omnibus frequentissimo omnium consensu receptum est secundum Cumanum in l. 1. ff. de donat. & frequentiori Doctorum sententia probatum secundum Couar. ubi supra, d. nu. 2. per totum. Et quod hoc procedat, etiam pactum de retrouendendo fiat verbis directis, tenet Bart. in d. l. 1. numer. 10. ff. de donat. estque communis, aut saltem magis recepta secundum Couar. supra, licet priorum, vt iure sibi veriorum probat, vt prædiximus: Quod si hæc secunda opinio magis communis tenenda est, profecto iuxta eam videtur gabellam deberi ex prima venditione eam præd. pacto de retrouendendo verbis directis celebrata, licet alia gabella non debeat ex ipsa reuenditione, sicut resoluimus in venditione cum pacto de retrouendendo verbis obliquis adiecto, celebrata.

Sed si, quo ad nostram materiam gabellarum, aliqua vis fieri potest in translatione domini ip-

so iure, vel per retraditionem in proposito huius pacti de retrouendendo verbis directis appposito profecto indubium videtur, nullam tunc gabellam deberi, etiam si opinione Bart. præcedentem magis communem sequamur, quam in hac materia amplectitur Lassar. de decim. vendit. cap. 14. sub num. 36. quia vt cumque sit, ea tantum obtinet quo ad dominium directum, & directam in rem actionem: si quidem vile dominium, & vtilis in rem actio absque traditione competit venditori ex pacto reuenditionis etiam iuxta communem formam oblique concepto ex tex. singulari in l. si cum venderet, ff. de pignor. actio. ubi Paulus de Castro hoc obseruauit, & colligit, atque probant alij plures, quos refert, & sequitur, dicens esse magis communem D. Couar. ubi supra num. 3. Ergo cum dominium saltem vile transeat in hac specie sine traditione, si ad hoc solum attendendum esset, nec in presenti questione deberetur gabella, procul dubio nec quando pactum de retrouendendo adiectus fuisset verbis obliquis, quod esset contra communem resolutionem supra positam in principio huius tertii casus.

28 Quid si tenendum, Ego censo non esse attendendum in proposito nostro ad sciendum, an debeat gabella, necne, ex prima venditione facta cum pacto de retrouendendo ad domini translationem ipso iure factam, vel per traditionem, sed solum ad id, an venditio à principio pura, & perfecta fuerit, siueque numeris absoluta, non obstante pacto de retrouendendo: cum leges nostre Regiæ gabellarum tantum loquantur de venditionibus huiusmodi: Hinc fit, vt cum venditio facta cum pacto de retrouendendo, siue verbis obliquis, siue directis, à principio vtroque casu valida sit, atque efficax, ac proinde e prior interim gaudeat fructibus, nec eos teneatur restituere postea medio tempore perceptos, nisi à tempore pretij soluti, vel oblati per venditorem vt in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. & ibi glof. ordinaria, & communiter DD. l. 42. art. 5. par. 5. Anton. Gomez. 2. como variar. resolu. cap. 2. de emptione, & venditione, n. 27. debeat statim gabella: Nec ad rem pertinet quod oblato pretio à venditore res habeatur pro inempta, & sic, quod prima venditio videatur resoluta, quando huiusmodi pactum de retrouendendo verbis directis conceptum fuit, iuxta verba contrahentium, sicut in pacto l. commissio, & adiectionis in diem: quia in his constat de clara intentione contrahentium verbis etiam expressa, volentium nullam venditionem censeri celebratam verificatis ipsis pactis legis commissio, vel adiectionis in diem: At in pacto de retrouendendo constat de mente ipsorum, verbis etiam adiuncta, nempe de retrouendendo, quod supponit, priorum venditionem adhuc validam remansisse, si quidem eadem res reuendi debet: cui sensui, & voluntati non videtur derogatum per verba frequentia, ea, scilicet, vt tunc res sit inempta: hoc namque, statibus præcedentibus, improprium, & potius iuxta fictionem, quam secundum veritatem stare potest, quia verum non compatitur cum præcedentibus: diuersi siquidem multum sunt pacta legis commissio, adiectionisque in diem à pacto de retrouendendo: illud enim legis commissio respicit solutionem pretij emptæ, & sic adiectionis pro cautela, & securitate solutionis ipsius ea mente, vt si non soluatur pretium intra tempus constitutum, nulla sit venditio celebrata: illud vero pactum adiectionis in diem vt si alius meliorem conditionem

atulerit, nulla sit venditio celebrata: At vero pactum de retrovendendo verbis directis, aut obliquis appositum non respicit solutionem circa primam venditionem faciendam, nec annullat ipsam venditionem, sed tantum concedit redemptionem eiusdem rei eodem pretio facientem sine ipso iure, siue per traditionem subsequendam, oblato pretio à venditore: Ergo sine pacto de retrovendendo sit verbis obliquis conceptum, siue directis, utroque casu iure optimo constat ex prima venditione deberi gabellam in primo casu iuxta communem sententiam, & verissimam, quam supra adproximum in principio huius tertij casus principalis. In secundo casu iuxta proxime à nobis dicta, & considerata, quod puto verissimum, & probant in terminis Parla. ubi supra, & Lalla. d. cap. 1. 4. num. 36. Alias enim, cum venditor pretio fruatur, & emptor re emptam gaudeat multis fortasse annis, ridiculum videretur, eas posse agere, vt restituito postea pretio, solus fiscus remaneat immisus, & frustratus: In præiudicium igitur fiscali non procedunt verba directia in pacto de retrovendendo adiecta, sed tantum quo ad ipsos contrahentes, & pro maiori securitate, & causa venditoris: scilicet, ac in pacto legis commissoria, & adiectionis in diem, quia hæc directia sunt nimis, vt patet ex prædictis.

29 Vltimo quod obseruandum est in proposito, quod si venditor cum pacto de retrovendendo vendat, vel cedit pretio, hoc ius redimendi rem à se venditam (quod iure fieri posse late probat cum aliis contra Angel. & Carol. Mol. Tiraquel. de retratu lignag. §. 3. glo. 3. in princip. n. 1. cum seqq.) debet tunc quidem gabella ex hac secunda venditione, vel cessione iuris redimendi, tum ex traditis in simili quaestione per Carol. Molin. in consuet. Paris. §. 23. num. 26. non obstante, quod ipsemet in ea quaestione, num. 28. tenet contrarium, quia fundatur ea ratione, quod ius illud, de quo ibi ipse loquitur, non debet, nisi quando ipse fundus venditur, que cessat in nostro casu, quia gabella debetur ex omni venditione: tum etiam, quia iuxta nostras Regias hoc planius est, cum per l. 1. tit. 17. lib. 9. noua Collect. Reg. præcipitur generaliter, que los vendedores paguen alcaval de diez vno, &c. & comprobatur à fortiori ex alia doctrina eiusdem Molin. sit. 2. §. 5. glo. 1. num. 5. vbi, quod si venditor instrumento venditionis alij pacificatur, vt hic tertius possit sibi redimere, & hic redimat postea tempore constituto, debetur ex hac redemptione facta per tertium laudemium, quia cum non sit verus dominus vultus, non potest vere dici redimere, sed de nouo acquirere, prout in veritate est tertius nouus acquiritor, & quia antiquus censuarius non sibi lauit, nec recuperat, cessat ratio secunde partis tertij casus principalis supra adducta, ac proinde in præsentis specie noua gabella debetur: non enim redeunt partes ad statum pristinum, ac proinde effectus sequutus non est, nec dici potest resolutio precedentis contractus, cum non sit actus hinc inde similis: sed nouus contractus per se, nihil habens commune cum priori: nec ad rem pertinere, quod fiat ex necessitate clausule in priori contractu posita, sicut nec est in consideratione, quantum ad hæc iura, an venditio, vel quavis feudi mutatio fiat, ex necessitate testamenti, sententia, contractus, vel alterius dispositionis, vt considerant Molin. d. §. 5. glo. 1. n. 97. & 99. Fit igitur ex supra dictis, vt in specie proxime præcedenti debeantur tres gabellæ, vna ex venditione, ipsa principali cum pacto de retrovendendo, soluenda quidem per primum rei venditorem, alia

per eundemmet primum venditorem ex venditione, seu cessione pretio à se facta dicti pacti, & iuris redimendi: tertia ex redemptione, seu renouatione postremo facta virtute dicti pacti de retrovendendo, hoc est, cum ipsum exequitur in fauorem cessionarij, vt in terminis similibus tenet, & probat Carol. Molin. d. §. 5. glo. 1. n. 59.

Sed quod est pulchrum, & nouum dubium in proposito, quis debeat, & teneatur soluere hanc tertiam gabellam fiscali, vel publicane, hoc est, conditoris gabellarum? Videtur namque clari iuris esse, eam debere primum emptorem, qui emit à principio hanc rem cum pacto de retrovendendo, quia iuxta nostras Regias venditores teneantur soluere gabellam debitas, non vero emptores: denique, si aliud diceremus, sequeretur inde, primum venditorem grauari, & onerari ad solutionem omnium trium gabellarum præd. vt patet, quia hæc tertiam gabellam cessionarius soluere non tenetur, quia habetur loco emptoris: Ergo expectabit ad primum venditorem. Hoc autem videtur multum absurdum: Ergo non est dicendum.

Rursus pro primo emptore facit, quia ipse non debet, nec tenetur soluere gabellam ex distractu, vt pacti de retrovendendo in ipso contractu, vel post in continenti appositu, quia est executio prioris contractus, vt cum communi resolutum supra quaest. 1. o. num. 23. Ergo nec hic tenetur gabellam soluere in specie præmissa. Quid dicendum? Ergo in hoc articulo censeo, ita distinguendum, vt si quidem, pactum de retrovendendo fuit à principio adiectum, non solum in fauorem ipsius venditoris, sed etiam alterius tertij, tunc sigillatim nominati, vel eius, quem venditor ipse vellet, aut nominaret, tunc emptor primus, qui cum hoc pacto rem emit, visus fuit se obligare oneri noui contractus, quia scienter voluit teneri ad reuendendum in forma noui contractus, itaque pactum illud loco pretij videtur subintrasse, iuxta l. fundi parte, ff. de contrab. emptio, ac proinde idem emptor primus teneatur ad solutionem huius gabellæ.

Si vero primus emptor à principio se obligauit reuendere primo venditori, tunc tantum videtur fuisse actum via, & modo distractus, vt verba sonant, non vero per modum noui contractus, ac proinde, si venditor primus cedat, aut vendat alij tertio hoc ius sibi competens ex præd. pacto de retrovendendo, ipse quidem factus suo tenebitur ad solutionem huius tertie gabellæ, non vero emptor primus, cui præiudicari in hoc non potuit abque eius facto per cessionem venditoris argumento tex. in l. non debet alteri, ff. de regul. iur. cum ipse primus emptor tantum fuerit, & sit obligatus ad reuendendum primo venditori, vel eius heredi, & sic per viam distractus, qua non tenetur ad solutionem gabellæ, etiam si hæres venditoris redimat, vt tenet Carol. Molin. d. n. 59. Non enim debet esse in manu primi venditoris onerare emptorem hoc onere gabellæ præter ipsius consensum, & voluntatem, quia esset iniuriam, & contra omnia iura: sibi que imputet venditor, si has gabellas soluat, cum hoc suo proprio facto, & voluntate contingat, & sit in causa, vt distractus conuertatur in contractum, ex quo debetur nona gabella, ipse videret à principio, de seque conuertatur.

Vnusquisque igitur horum, id est, venditor, & emptor in hoc contractu visus fuit breui quodam manu dare alteri, quod tenebatur dare, & recipere, quod debebat recipere, argumento, licet §. quousque, ff. de iur. dos. & celeritate coniungendarum actio-

num vnam actionem occultari, l. 3. §. ff. de donat. inter vir. & vxor.

Opotebit tamen, vt fiscus, vel conductor gabellarum conueniat simul in hoc casu pro hac tertia gabella: vt nunque, nempe, al primo comprador que reuendio, y al primer vendedor, que cedio el derecho al tercero, y a qualquiera dellos que pareciere estar mas, y meior obligado a la paga desta alcuala con proteffacione, que con vna paga della sera contento, porque el vno no se escuse con el otro: aunque a mi la distincion arribadichame parecese deue tener.

S V M M A R I A.

- 1 Gabella debetur, & soluta non repetitur, ex venditione rescissa per redhibitoriam.
- 2 Gabella soluenda est ex venditione rei, patrimonij, vel generis, que postea hoc iure à consanguineo retrahitur, limitatur n. 5. in persona, alias prius priuilegiata à solutione gabellæ.
- 3 Gabella alia non, debetur ex redhibitione, quia redhibito proprie dici non potest venditio.
- 4 Sponte non videtur aliquid fecisse, qui ad id à iudice cogi potuisset, licet aliter coactus non fuisset: quilibet enim tenetur bonam fidem agnoscere, etiam rei aliena administrator.
- 5 Gabella altera non debetur ex retractu rei patrimonij, vel generis, sed tantum unica ex prima venditione, sicut nec ex vno contractu in alium transfusio, & translatio: fallit quando retractus sit post terminum ad retrahendum lapsum, nempe post nouem dies à tempore prima venditionis, vt in n. 7. Secundo fallit, quando retractus etiam infra dictum terminum sit maiori, vel pretio, quam res primo fuerat vendita, vt in n. 8. & quid quando emptor rei patrimonialis, & generis dimittit consanguineo rem illam retrahenti infra dictum terminum non quidem per viam retractus, sed venditionis, vide n. 9. cum seqq.
- 6 Gabella an debeatur ex omnibus venditionibus intermedij intra tempora retractus celebratis, & pacto de retrovendendo, & l. commissoria, & adiectionis in diem durante, n. 15. & n. 17. & 18. agit de primo, & limitatur, n. 19.
- 7 Actio ad retrahendum est in rem scripta, vocaturque conditio ex lege, & datur etiam contra primum emptorem, sed etiam contra alium quemlibet tertium possessorem intra terminum nouem dierum.
- 8 Gabella non debeatur ex venditione facta ab heredem legatæ sub conditione, impleta postea conditione, & an per d. venditio interim facta, sit valida.
- 9 Res aliena vendi potest, valereque venditio, & ex ea debetur gabella: scilicet si nomine domini absque eius mandato vendatur.

Q V Æ S T I O X I.

An venditione rescissa ob redhibitoriam actionem, fiscus, vel gabellarius debeat gabellam reddere?

Q Væto modo: An re, pure vendita, & rescissa venditione ob redhibitoriam actionem iure admissum ob vitium, vel morbum iuxta editum editum fiscus, vel publicanus debeat quoque reddere gabellam sibi iam soluta ex illa venditione? Et qui-

dem resolutum, venditione præd. adhuc rescissa ob eam iustam causam, gabellam debent, nec repeti posse soluta: quinimo cum iure communi ad eam teneatur emptor, in hac specie, si eam soluerit, repetet illam à venditore, quia emptor immunis discedere debet propter redhibitoriam, vt probat expresse l. debet ff. de adit. edit. per quem tex. ita tenet Bald. in l. si prædium, numero sexto, versicul. sed nunquid redhibitione, C. de adit. edit. quem sequitur Greg. Lop. in l. 6. §. in glo. verb. tornar. tit. 5. par. 5. Tiraquel. de retrat. lignag. §. 2. glo. 4. numero 1. & de retrat. conuentio. §. 6. glo. 2. numero secundo, & 15. Arias Pinel. in l. 2. C. de resciss. vendit. 2. par. cap. 3. numero 35. Betach. de gab. 8. part. memb. 3. numero 33. vol. 11. tract. dicitur. Doct. in antiquis. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 22. numero 40. ad finem Ioan. Gasf. de expens. & meliora cap. 18. numero 53. Parla. lib. 1. rer. quotid. cap. 3. §. 5. numero 2. & 3. vbi quod si venditor soluerit hanc gabellam sicuti lege Regia tenetur, nempe l. 1. tit. 17. lib. 9. noua Collect. Reg. l. uo danno res cedat: si vero emptor ex pactione eam forte soluit, redhibitoria actione à venditore recuperabit ex d. l. debet: idemque esse affirmat, si prædium redhibitum fuerit, quod pestilens sit, vel lechiteras habeat herbas, sequitur alios allegans Lass. de decim. vendi. cap. 14. numero 10. & in addit. ibidem, & Molin. de iust. & iur. 2. par. disp. 3. §. 2. col. 5. 94. in calce. 3. conclus. & in 4. conclus. col. 5. 95. vers. sequ. petens, & disp. 3. §. 2. col. 602. ad fin. & doctrinam Bald. ubi supra, & reliquorum, sequitur etiam plures referens Girond. de gabell. §. par. §. vnic. num. 19.

Huius communis traditionis ratio efficax est, quod d. l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. statuens gabellæ ex quacunque venditione deberi de diez vno: simpliciter actum venditionis concernit, vt iam supra docuimus alio loco, & in nostra quaestione venditio semel contracta valida fuit, licet ea ex iusta causa ob interesse alienius ex contrahentibus per iudicem rescindatur, & ad non causam reducat vt probat l. cum autem §. Iulianus ait, & l. facta ff. de adit. edit. Vnde gabella deberi non desinit, quia sufficit semel conditionem legis Regie extitisse, licet non direct venditio, argumento l. si quis, C. de inst. & subit. sub condit. fact. Et in simili statuto DD. ita notant, quos citat Tiraquel. de retrat. lignag. §. 2. §. 2. glo. 2. numero 1. præsertim cum in rescissione nulla culpa fiscali, aut gabellarij interueniat, argumento eorum, que notant Alexand. in d. l. si quis numero secundo. Ex venditione enim præd. sequutus fuit effectus ab initio debiti gabellæ, ex quo ius quæsitum fuit fiscalio, vel publicano eius nomine, quod ex post facto ei auferri facto partium non potuit, iuxta doctrinam Bald. communiter approbatam in l. si constante, C. de donat. ante nupt. q. 10. de qua supra n. secundo. Et quamuis eius causa correat, a que retro annulletur, dum tamen semel contracta venditio ex aliquo pacto resolutorio à principio adiecto non sit resoluta, vt retro intelligeremus, nullam fuisse venditionem, effectus iam productus ex præd. causa, qui per se subsistit, non cessat, argumento l. si post mortem, §. final. in fine. ff. de bonorum possess. contra tab. ibi, cum enim semel beneficio aliorum ad id beneficium fuerint admissi, iam non curatur, petant illi, nec ne bonorum possessionem, Bald. in l. si mater, C. de donat. ante nupt. sicut nec filius morte patris desinit esse filius.

Secundo etiam illa ratio reddi potest, nempe, quod licet facta redhibitione iudicis sententia, & decreto, & non antea venditio rescindatur, & retro

